



## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis  
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis  
Eivsdem In tres Tomos distinctis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio XIX. De his, quæ pertinent ad vnitatem quantum ad operationem  
Christi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

Super Questionis 19. Artic. primum.

QVÆSTIO XIX.

De pertinentibus ad virtutem Christi quantum ad operationem in quatuor articulis diuisa.

Titulus articuli presentis & sequentis, accurata eger annotatione, sui sensus, nam cum vnum multipliciter dicat, consequens est vt operatio vna multipliciter dicatur. In proposito aut, vt Auctor ipse in hoc articulo insinuat, & in sequenti aperte testat, sermo est de operationis vnitatem in principio actuum, non quodcumque, sed proprium, hoc est virtute propria agens, ita vt operatio vna appellatur, quæ est ab vno tantum actiuo principio virtute propria, & si pluribus actiuis principijs in suis proprias virtutes est, non est operatio vna, perinde ergo est querere, an diuinitatis & humanitatis in Christo sit vna tantum operatio, ac si quereretur, an in Christo sit vnum tantum principium operandi virtute propria siue illud sit sola diuinitas siue compositum quid ex humanitate & diuinitate, siue sola humanitas. Quod tamè nullus vnquam opinatus est, credens incarnati Verbi mysterium. Est aut mouendi hunc articulũ ratio, & hæresis ponendum in Christo vnã naturam compositã ex deitate & humanitate, quoniam consequenter poneret vna tantum consula operatio in Christo, quia poneretur in eo vnũ tantum principium virtute propria actiuum. In natura illa tercia consula, & multo magis hæresis ponendum in Christo solã deitatem esse actiuã virtute propria, humanitatem vero esse purum instrumentum sine propria virtute (quales fuerunt subrahentes Christo voluntatem humanã, vel eius actum) quoniam secundum hoc in Christo consequenter poneretur deitatis & humanitatis vna tantum operatio, iuxta vnitatem actiui principij proprii. At si in Christo deitas agit virtute propria, & humanitas agit etiam virtute propria (quãuis coagat simul deitas & humanitas in Christo operatio vna tantum, sed est vna & multe. Verbi gratia, dum Christus sanauit infirmũ tangendo, si fuit in illo opere aliquis actus cauatus ab humanitate virtute propria, & aliquis cauatus a diuinitate virtute propria, operatio illa non est vna tantum, sed est quidẽ vna & multe. Vna puta sanatio, quia virtute propria deitatis, & ab humanitate instrumentali est, dux vero, quia adiungitur deitate operationi operatio, quæ est ab humanitate virtute propria, dum sanationi coniungitur voluntaria coactio: sanatio enim vna operatio est a deitate per humanitatem, contactus autem voluntarius poneretur humana operatio a propria humanitatis virtute. Si autem sola deitas propria virtute operari ponatur, & humanitas solum vapore exequis principalis agens virtutem poneretur, vna tantum operatio inueniretur in huiusmodi curatione. Hęc de rit.

DEINDE considerandum est de unitate operationis Christi.

Et circa hoc querunt quatuor: Primo, Vtrum in Christo sit vna operatio diuinitatis & humanitatis, vel plures.

Secundo, Vtrum in Christo sint plures operationes secundum humanam naturam.

Tertio, Vtrum Christus secundum humanam operationem aliquid sibi meruerit.

Quarto, Vtrum per eam aliquid meruerit nobis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum in Christo sit vna tantum operatio diuinitatis & humanitatis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod in Christo sit vna tantum operatio diuinitatis & humanitatis. Dicit enim Dion. \* in 2. cap. de Di. no. Di. secreta autem est benignissima circa nos Dei operatio p hoc, quod secundum nos ex nobis integre uereque humanum est Verbum, quod est supra substantiam, & operari & pati, quæcunque humanæ eius diuinæque operationi congruunt ubi vnã operationem nominat, humanam & diuinam, quæ in Greco dicitur theandrica, id est, Dei uirilis. uidetur igitur esse vna operatio composita in Christo.

2. Præ. Principalis agentis, & instrumenti est vna sola operatio: sed humana natura in Christo fuit instrumentum diuinæ, ut supra dictum est. \* ergo eadẽ est diuinæ, & humanæ naturæ in Christo operatio.

3. Præ. Cum in Christo sint duæ naturæ in vna hypostasi vel persona, necessarium est vnum & idem esse, quod pertinet ad hypostasim vel personam: sed operatio pertinet ad hypostasim vel personam: nihil enim operatur nisi suppositum subsistens, unde secundum Philosophum actus sunt singulariũ. \* ergo in Christo est vna & eadẽ operatio diuinitatis, & humanitatis.

4. Præ. Sicuti esse est hypostasis subsistentis, ita etiam operari: sed propter vnitatem hypostasis est in Christo vnum esse,

ut supra dictum est. \* ergo etiã propter eandem unitatem est in Christo vna operatio.

5. Præ. Vbi est vnum operatum, ibi est vna operatio: sed idem operatum erat diuinitatis & humanitatis, sicut sanatio leprosi, vel suscitatio mortui. ergo uidetur quod in Christo sit vna tantum operatio diuinitatis & humanitatis.

SED CONTRA est, quod Amb. \* dicit in 2. lib. ad Gratianum imperatorem, Quemadmodum eadem operatio diuersa est potestatis, nunquid sic potest minor quemadmodum maior operari, aut vna operatio potest esse, ubi diuersa substantia est?

RESPON. Dicendum, quod supra \* dicti hæretici, qui posuerunt in Christo vnã voluntatem, posuerunt etiam in Christo vnã operationem. Et ut eorum opinio erronea melius intelligatur, considerandum est, quod vbi cumque sunt plura agentia ordinata, inferius mouetur a superioribus, sicut in homine corpus mouetur ab anima, & inferiores vires a ratione. Sic igitur actiones & motus inferioris principij sunt magis operata quedã operationes: id aut quod pertinet ad supremum principium, est proprie operatio, puta, si dicamus in homine vt ambulare, quod est pedũ, & palpare, quod est manuum, sunt quedã hois operata, quorum vnum operatur anima per pedes, aliud per manus. & quia est eadẽ anima operans per utrumque, ex parte ipsius operantis, quod est primũ principium mouens, est vna & indifferens operatio: ex parte aut ipsorum operatorum dicitur inuenitur. Sicut autem in homine puro corpus mouetur ab aia, & appetitus sensitius a ronalibus, ita in Domino Iesu Christo humana natura mouebatur & regeretur a diuina. Et ideo dicebant, quod eadem est operatio & indifferens ex parte ipsius diuinitatis operantis: sunt tamẽ diuersa operata, in quantum, si diuinitas Christi aliud agebat per seipsam, sicut quod portabat oia uerbo uirtutis suæ: aliud autem per humanam naturam, sicut quod corporaliter ambulat. Vnde in sexta Synodo inducuntur verba Seueri hæretici, sic dicentis. Ea que agebantur & operabantur ab vno Christo, multum differunt: quedam enim sunt Deo decibilia, quedam humana, ueluti corporaliter uadere super

pria, & humanitas agit etiam virtute propria (quãuis coagat simul deitas & humanitas in Christo operatio vna tantum, sed est vna & multe. Verbi gratia, dum Christus sanauit infirmũ tangendo, si fuit in illo opere aliquis actus cauatus ab humanitate virtute propria, & aliquis cauatus a diuinitate virtute propria, operatio illa non est vna tantum, sed est quidẽ vna & multe. Vna puta sanatio, quia virtute propria deitatis, & ab humanitate instrumentali est, dux vero, quia adiungitur deitate operationi operatio, quæ est ab humanitate virtute propria, dum sanationi coniungitur voluntaria coactio: sanatio enim vna operatio est a deitate per humanitatem, contactus autem voluntarius poneretur humana operatio a propria humanitatis virtute. Si autem sola deitas propria virtute operari ponatur, & humanitas solum vapore exequis principalis agens virtutem poneretur, vna tantum operatio inueniretur in huiusmodi curatione. Hęc de rit.

In corpore articulo primo recitatur simul & declaratur hæreticorum positio cum fundamento: secundum ostenditur radix erroris eorum: tertio respondetur quæsitio ibi, Et ideo vbi cumque mouens & motum.

Quod ad primum erronea conclusio est. In Christo est vna tantum operatio, licet sint multa operata. Probat, quia vnum tantum est in Christo principium actiuum, scilicet deitas: humanitas autem instrumentaliter se habet. Declaratur hæc & in anima respectu organoũ corporeoũ, & respectu virtutum sensitiuarum.

Quod ad secundum radix errandi ponitur, quia non distinxerunt operationem instrumenti per propriam

In q. 25. ar. 1. ad 2. & 3. dist. 10. q. 1. ar. 2. q. 1. ad 3. & dist. 18. ar. 1. & 4. c. 6. na. c. 36. & ar. 1. ad 2. & 6. & uni. ar. 1. ad 16. & ar. 5. & opu. 3. c. 219. Cap. 2. inter finem & medium c.

Q. 13. artic. 3.

Lib. 1. Meraph. c. 1. ante modũ to. 3.

Lib. 1. de cau. pag. 10. cap. 1.

Q. 13.

Est ep. c. 4. prin.

pram formam, vel per participationem agentis. Declarantur hæc in artificialibus, artifice, & terra, & in naturalibus igne respectu artis: quod potes declarare tu respectu aë vegetativæ, cuius instrumentum ponitur ignis in augmento, ut patet in 2. de Anima contra Empedoclem. Indistinctio igitur operationis, & cōio agentis, quia principale vitæ propria operatione instrumenti, & instrumenti participat operationem propriam, principalis errandi occasio fuit.

Quo ad tertium conclusio est, In Christo sunt duæ operationes. Probatur primo ratione ostensa: scilicet, ad virtutem Leonis: tertio ducendo ad impossibile: quarto de hinc de Synodi. Oia clara sunt in litera.

In ratiōne ad quartum, adverte & perspicue sensum literæ, ponentis differentiam inter esse, & operari respectu naturæ, & personæ. Ponitur siquidem primo modo utriusque convenientia in hoc, quod verumque hoc est tā esse, quam operari, est personæ a natura, ita quod utriusque habeat naturam pro principio, & personam pro subiecto, quod est, quod operatur. Deinde subditur differentia inter verumque, quia in constitutione personæ a natura esse se habere ut terminus, quia spectat ad ipsam personæ constitutionem, ut propria actualitas eius persona enim nihil aliud est, quam natura deducta ad hoc, quod sit proprie id, quod est. Et hinc provenit, ut unitas personæ exigit unitatem esse: oportet namque constitutionem unius personæ, ad unum tantummodo terminum compleri. Operatio vero non sic se habet: non enim natura, constituit personam, dat operari, sicut dat esse, sed persona iam existens profert, mediante natura, operationem. Et ideo unitas personæ non exigit unitatem operationis. Vbi vides, quod esse

terram, profecto humani est: curibus vero vexatis, & ambulare super terram, penitus non valentibus. sanum gressum donare, Deo decibile est. Sed vnus. f. incarnatū Verbū, hoc & illud operatus est, & uequaquā hoc quidem huius, hoc vero huius est nature: neque eo, quod diuersa sunt operamēta, ideo duas operatrices naturas atque formas iuste describitur: sed in hoc decipiebantur, quia actio eius, quod mouetur ab altero, est duplex. Vna quidem, quam habet s. m. propriam formam, alia autē, quā habet, s. m. quod mouetur ab alio: sicut securis operatio s. m. propriam formam, est incisio: s. m. autē, quod mouetur ab artifice, operatio eius est facere scammum. Operatio igitur, quæ est alicuius rei s. m. suam formā est propria eius: nec pertinet ad mouentē, nisi s. m. quod vitur huiusmodi re ad suam operationem: sicut calescere est propria operatio ignis, non autem fabri, nisi quatenus vitur igne ad calescendum ferrum: sed illa operatio, quæ est res solum s. m. quod mouetur ab alio, non est alia propter operationem mouentis ipsam: sicut facere scammū, non est solum operatio securis ab operatione artificis, sed securis participat instrumentali operatiōnem a tificis: & ideo vbi cumque mouens, & motum habent diuersas formas seu virtutes operatiuas, ibi oportet, quod sit alia operatio mouentis, & alia operatio propria moti: licet motū participet operationem mouētis, & mouētis utatur operatione moti, & sic utrumque agat cū cōmunionē alterius. Sic igitur i Christo humana natura habet propriam formam, & virtutē, per quam operatur, & similiter diuina. Vnde humana natura habet propriam operationem distinctam ab operatione diuinæ, & econuerso. Et tū diuina natura utitur operatione naturæ humanæ, sicut operatione sui instrumenti. & similiter humana natura participat operationem diuinæ naturæ, sicut instrumentum participat operationem principalis agentis. Et hoc est, quod dicit Leo Papa in Episto. ad Flavianū. \* Agit vtraque forma. s. tā natura diuina, quam humana in Christo, cum alterius cōmunionē, quod proprium est: Verbo. s. operatē quod Verbi est, & carne exequētē quod carnis est. Si vero esset una un operatio

diuinitatis, & humanitatis i Christo, oportet dicere, uel quod humana natura non haberet propriam formam, & virtutem (de diuina enim hoc dici est impossibile) ex quo sequeretur, quod in Christo esset tantum diuina operatio: uel oportet dicere, quod ex diuina uirtute, & humana esset conflata in Christo una uirtus, quorum utrumque est impossibile. Nam per primum horum ponitur natura humana in Christo esse imperfecta: per secundum uero ponitur cōfusio naturarū. & ideo rationabiliter in 6. Synodo hæc opinio est cōdemnata, in cuius determinatione dicitur. Duas naturales operationes indiuise, in cōuertibiliter, in cōfuso, inseparabiliter, in eodem domino Iesu Christo uero Deo nostro glorificamus, hoc est, diuinam operationem, & humanam operationem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Dionysius ponit in Christo operationem theandricā. i. diuinā uirilem, uel diuinā humanā, non per aliquā cōfusionem operationū seu uirtutum utriusque; natura, sed per hoc, quod diuina operatio eius utitur humana, & humana eius operatio participat uirtutē diuinæ operationis. Vnde sicut ipse dicit in quadam epistola ad Caium. \* Super hominem operabatur ea, quæ sunt hominis. quod monstrat, Virgo superna naturaliter cōcipiēs, & aqua instabilis, terrenorū pedū sustinens grauitatē. Manifestum est. n. quod concipi est humanæ naturæ, similiter & ambulare: sed utrumque fuit in Christo supernaturaliter & similiter diuina operabatur humanitas: sicut cū sanauit leprosum tagendo. Vnde in eadem epistola subdit. \* Non s. m. Deū diuina faciens, non humana s. m. hominē, sed Deo homine factō, noua quadam Dei, & hominis operatione. Quod autem intellexerit duas esse operationes i Christo, unam diuinæ naturæ, aliam autem humanæ, patet ex his, quod dicitur in 2. ca. de diuinitate. \* non ubi dicit, quod his, quæ pertinent ad humanam eius operationem. Pater, & Spiritus sanctus nulla ratione cōicant: nisi quis dixerit s. m. benignissimam, & misericordem uoluntatem, in quātum. s. Pater & Spiritus sanctus ex sua misericordia uoluerunt Christū agere, & pati humana. Addit autē, & omnē sublimissimā, & ineffabilem Dei operationem, quā homo pro nobis factus adimpleuit, immutabilis pfecto Deo, &

immediate in persona, a natura est operari uero iam constituta persona habet a natura ipsa, mediante natura: habet enim operatio naturam, & ut principium, & ut susceptum proximum saltem median te potentia, personam autem, ut primū operans, ut quod: esse uero naturam, habet, ut principium quantum, & personam ut immediatū subiectum quod est. Eadē ergo est doctrina hic & superius tradita: non enim docemur hic, quod esse sit de intrinseco intellectu personæ, sed quod pertinet ad constitutionem personæ. Et uere sic est, quoniam constitutio personæ est constitutio ipsius esse, tum quia non alia constitutione sit persona, & aliam sit esse, sed una & eadē: tum, quia ad hoc cōstituitur persona, ut sit, quod est dictū, cōstitutionem personæ terminari ad esse, tāquam ad ipsi personæ propria, immediatam uel inamque actualitatem, infra latitudinem sui generis, scilicet substantiæ.

In ratiōne ad quintum uide notitiam, quod cum proprijs operatiuonibus operationum (diuinæ scilicet, & humanæ) stare dicitur unitatem operati respectu utriusque: non per uiam proprietatis, quia hoc repugnat his, quæ nunc immediate dicta sunt, sed per uiam concursus seu cōmunionis. Numquā enim operatum proprium unius operationis est operatum alterius, ut in principio responsionis docemur: sed operatum proprium unius potest esse operatum commune sibi & alteri operationi, ut sanatio leprosi est proprium operatum diuinæ operationis, & cum hoc est commune operatum dicitur diuinæ operationi, & humano cōtū participanti diuinam operationem, ut in calce responsionis docemur.

Super

In 6. Syno. generali a. tione 4. & 8. & 9.

Loco citate in argumē.

In epist. que incip. Quæris tu quidem, circa med.

In præca. episto. in 6.

Ca. 2. inter s. & mediū pat is 1.

Est epist. no. c. 4. prin. prin.

Dei verbum. Sicigitur patet, q̄ alia est operatio humana, in qua Pater, & Spiritus sanctus non comunicant nisi secundum acceptionem misericordiae suae: & alia est eius operatio, in quantum est Dei verbum, in qua communicant Pater, & Spiritus sanctus

In corp. art.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ instrumentum dicitur aliquid agere ex eo, quod movetur à principali agente, quod tamen præter hoc potest habere propriam operationem secundum suam formam, ut de igne dictum est. Sicigitur actio instrumenti, in quantum est instrumentum, non est alia ab actione principalis agentis: potest tamen habere aliam operationem, prout est res quaedam. Sicigitur operatio, quae est humanae naturae in Christo, in quantum est instrumentum divinitatis, non est alia ab operatione divinitatis: non enim est alia salvatio, qua saluat humanitas Christi, & divinitas eius: habet tamen humana natura in Christo, in quantum est natura quaedam, quandam propriam operationem præter divinam, ut dictum est.

In corp. a.

AD TERTIVM dicendum, q̄ operari est hypostasis subsistentis; sed secundum formam, & naturam, à qua operatio speciem recipit. & ideo à diversitate formarum, seu naturarum est diversa species operationum: sed ab unitate hypostasis est unitas secundum numerum, quantum ad operationem speciei. Sicut ignis habet duas operationes specie differentes, scilicet illuminare, & calefacere, scilicet differentiam lucis, & caloris, & tamen est una numero illuminatio ignis semel illuminantis. Et similiter in Christo oportet, quod sint duae operationes speciei differentes scilicet eius duas naturas: quaelibet scilicet operationum est una numero in Christo semel facta, sicut una ambulatio, & una sanatio.

D. 44.

AD QVARTVM dicendum, q̄ esse & operari est persona à natura, aliter tamen, & aliter. Nam esse, pertinet ad ipsam constitutionem personae, & sic quantum ad hoc se habet in ratione termini, & ideo unitas personae, requirit unitatem ipsius esse effectus personae secundum aliquam formam, vel naturam, unde pluralitas operationum non præiudicat unitati personali.

AD QVINTVM dicendum, q̄ aliud est proprium operatum operationis divinae, & operationis humanae in Christo: sicut operatum proprium divinae operationis est sanatio leprosi, operatum autem proprium humanae naturae est, eius contactus. Concurrent autem ambae operationes ad unum operatum, secundum quod una natura agit cum communione alterius, ut dictum est.

Super Questionis 19. Artic. primum.

ARTICVLVS II.

Utrum in Christo sint plures operationes humanae.

Titulus ex precedenti clarus est. In corp. tria sunt. primo, declaratur in cōi quid, & q̄ sit operatio humana, vel non humana, & similiter vna, vel multa. Secundo, declaratur hæc eadē in puro homine, applicando ad purum hominem eodem prædicta Tertio, applicando ad Christum, videtur quod sit vna conclusio. In Christo est vna

AD SECVNDVM sic procedit. Vt, q̄ in Christo sint plures humanae operationes. Christus enim in quantum homo, cōicat cum plantis in natura nutritiva, cum animalibus autem in natura sensitiva, cum Angelis autem in natura intellectiva, sicut & ceteri homines: sed alia est operatio plantae, in quantum est planta: & alia animalis, in quantum est animal, ergo Christus, in quantum homo, habet plures operationes.

titulus est animal, ergo Christus, in quantum est homo, habet plures operationes.

¶ 2. Præter. Potentia, & habitus distinguuntur scilicet in actus: sed in anima Christi fuerunt diversae potentiae, & diversi habitus: ergo & diversae operationes.

¶ 3. Præter. Instrumenta debent esse proportionata operationibus: corpus autem humanum habet diversae membra differentia secundum formam. ergo diversis operationibus debent esse accommodata. Sunt ergo in Christo diversae operationes secundum humanam naturam.

SED CONTRA est, quod sicut Damasc. dicit in 3. lib. operatio sequitur naturam: sed in Christo est scilicet una natura humana: ergo in Christo fuit una tantum operatio humana.

RESPON. Dicendum, quod quia homo est id, quod est secundum rationem, illa operatio debet esse simpliciter humana, quae à ratione procedit per voluntatem quae est rationis appetitus. Si qua autem operatio est in homine, quae non procedit à ratione, & voluntate, non est simpliciter operatio humana: sed convenit homini scilicet in aliquam partem humanam naturam: quoniam quidem, scilicet ipsam naturam elementarem corporalem, sicut ferri deorsum: quoniamque vero, scilicet in virtutem anime vegetabilis, sicut nutriri, & augeri: quoniamque vero, scilicet in partem sensitivam, sicut videre, & audire, imaginari, & memorari, concupiscere, & irasci. Inter quas operationes est differentia. Nam operationes anime sensitivae sunt aliquantulum obediens rationi: & ideo sunt aliquantulum rationales, & humanae, in quantum sunt obediunt rationi, ut patet per Philo. in 1. Ethic. Operationes vero, quae sequuntur animam vegetabilem, vel et naturam elementarem corporalem, non subijciuntur rationi, unde nullo modo sunt rationales, nec humanae simpliciter, sed solum in partem humanam naturae. Dictum est autem supra, quod quoniam agit per propriam formam, tunc est alia operatio inferioris agentis, & superioris: quoniam vero agit inferioris non agit, nisi secundum quod est motum à superiori agente, tunc est eadem operatio superioris agentis, & inferioris. Sicigitur in quocumque homine puro alia est operatio elementarem corporalem, & anime vegetabilis ab operatione vo-

humana operatio multo magis, quam in quocumque homine.

¶ Quo ad primum, quia titulus duos terminos claudit. scilicet operationem humanam, & unitatem, vel pluralitatem, ideo Auctor primo operationem elucidaat humanam, & deinde illius unitatem, vel multitudinem in cōi. Dicit ergo tria.

Primum, Operatio humana simpliciter est, quae à ratione procedit scilicet in voluntate, quia homo est homo per rationem, & per operationem, & per operationem reliqua operationes attribuitur homini, non humanae nisi scilicet in parte sunt, & sunt triplicis ordinis. scilicet ex natura elementarem, ex anima vegetabilis, ex anima sensitiva.

Secundum, Differentia inter operationes hominis scilicet in partem naturam humanam est, quod quaedam sunt participativae quoniam humanae, ut quae sunt partis sensitivae: & quaedam non, ut quae sunt partis vegetabilis, & elementaris.

Tertium, Subordinatum agentium propriis virtutibus, operationes sunt multae, agere vero una virtute una est operatio.

¶ Nota hic duo. Primum, quod quia ratio (ut dicitur 9 Metaph.) est ad opposita, & ab electione, quae est actus voluntatis determinatur, ideo ratio, & voluntas pro unico principio operationis humanae computatur: & id est operatio esse à ratione, & à voluntate, quae est appetitus rationis determinativus.

Secundo, quod cum in littera dicitur operatio hominis non procedentem à voluntate convenire homini scilicet in aliquam partem humanam naturam, & subdistinguitur pars humanae naturae in elementarem, vegetabilem, & sensitivam, dubium surgit de primo actu intellectus, qui est hominis, & non a voluntate, nec ab aliqua harum partium. Unde dupliciter potest intelligi littera praesens: primo, ut sit sermo de genere operationis, ut quod sensitus est, si quod genus operationis est



conueniens homini, &c. Et tunc caret scrupulo litera, quia licet inueniatur in homine aliqua operatio non a voluntate, nec in illas partes numeratas in litera (vt primus actus intellectus quem oportet esse naturalem, vt pote, ante oem actum voluntatis) non tñ inuenitur aliquid genus operationis in homine, qđ non sit a voluntate aut ab aliqua nominatarum partium. Intelligere enim hominis in suum genus est a voluntate, quāuis prima intellectio accepta alio modo, potest intelligi, vt litera intelligatur, vt sonat. I. qđ operatio hominis nō a voluntate, non est simpliciter humana, sed conuenit homini fm aliquam partem humanæ naturæ, & hic terminetur sententia, ita qđ sequens distinctio non opponatur, vt euacuata pars humanæ naturæ: sed vt narratiua partium humanæ naturæ opportunitatem ad proprium.

luntatis, quæ est proprie humana. Et similiter est operatio animæ sensitiuæ quantum ad id, qđ non mouetur a ratione: sed quantum ad id, qđ mouetur a ratione, est eadem operatio partit sensitiuæ, & rationalis. Ipsius autem animæ rationalis est vna operatio, si attendamus ad ipsum principium operationis, quod est ratio, vel voluntas. Diuersificatur autem fm respectu ad diuersa obiecta, quam quidē diuersitatem aliqui appellauerunt diuersitatem operatorū, magis, quam operationum, iudicantes de vnitae operationis solum ex parte operatiui principij. Sic enim nunc queritur de vnitae, vel pluralitate operationum in Christo. Sic igitur in quolibet puro homine est tantum vna operatio, quæ proprie humana dicitur: præter quam tamen sunt in homine puro quædam aliæ operationes, quæ nō sunt proprie humanæ, sicut dictum est. \* Sed in homine Iesu Iesu Christo nullus erat motus sensitiuæ patris, qui nō esset ordinatus a ratione. Ipse est operationes naturales, & corporales aequaliter ad voluntatem pertinebant, in quantum voluntatis eius erat, vt caro eius ageret, & pateretur quæ sunt sibi pro-

prio, vt dictum est supra. \* Et ideo multo magis est vna operatio in Christo, quam in quocunque alio homine. AD PRIMVM ergo dicendū, qđ operatio partis sensitiuæ, & nutritiuæ, non est proprie humana, sicut dictum est: \* & tamen in Christo huiusmodi operationes fuerunt magis humanæ, quam in alijs.

AD SECUNDVM dicendum, qđ potentia, & habitus diuersificantur per comparisonem ad obiecta: & ideo diuersitas operationum hoc modo respondet diuersis potentijs, & habitibus, sicut est respondet diuersis obiectis. Talē autē diuersitatem operationum non intendimus excludere ab humanitate Christi, sicut nec eam, quæ est secundū aliud, & aliud instrumentū, sed solum illam, quæ est fm primū principium actiuum, vt dictū est. \* Vnde patet etiam responsio ad tertium.

AD TERTIVM sic proceditur. VI. qđ actio humana Christi non potuerit esse merito. dicuntur in Christo voluntarij voluntate humana, & approbatiue, vt patet, & casualiter seu imperatiue, pro quanto subditi erant voluntati humanæ Christi, vt voluntas eius erat instrumentum diuinitatis. His enim duobus verificatur de voluntate humana Christi, quod esturit, sicut &c. voluntarie. Aduerte tertio, quod Auctor non concludit in Christo esse vnam tantum operationem humanæ naturæ: sed cum monstrasset, in quolibet puro homine inueniri operationem quidem humanam vnam tantum, operationes autem naturæ humanæ secundum diuersas partes multas, intulit, in Christo non solum esse operationem humanam vnam, sicut in cæteris hominibus, sed reliquas partium naturæ humanæ operationes in Christo ad illud vnum principium operationis humanæ reduxit, ostendendo eas esse voluntarias. ac per hoc ad vnitatem reduxit non simpliciter, quia ex proprijs actiujs principijs emanant vegetatiuæ, & elementares, sed quodammodo, quatenus scilicet sunt voluntariæ, & ideo comparatiuam concludit. Multo magis est vna operatio in Christo, quam in quocunque alio homine.

¶ Quo ad fm conclusio est, In quolibet puro homine est tñ vna operatio humana, multæ autē nō humanæ. Declarat dicitur rēo singillatim per quatuor enumeratas partes humanæ naturæ, scilicet elementare, vegetabilem, sensitiuam & rationalem. Nam ex elementari, & vegetabili patet secunda pars conclusionis: quia alia, & alia est operatio harum partium, & voluntatis. Ex sensitiuæ vero distinguendo propriam a participatō, patet qđ fm propria habet etiam aliam operationem, participatiue autem vnam, & est ipsius, & voluntatis operatio. Ex rationali autē distinguendo seu replicatō de quali vnitae operationis est sermo (scilicet penes vnitatem principij propria vnitae) habetur, qđ vna tñ est operatio humana in vno homine: quæ est prima pars conclusionis, quia vnum tñ est humanum principium, scilicet voluntas, quamuis diuersitas sit operationum humanarum penes obiecta, quæ vocatur penes operata a quibusdam. Ex quibus omnibus patet, qđ sequitur conclusio quo ad vtramque sui partem: nam ex hoc, quod nulla pars humanæ naturæ multiplicat operationem humanam in vno puro homine, habetur, quod vna tñ est operatio humana in vno homine, & ex eo quod in eodem secundum diuersas humanæ naturæ partes multiplicantur operationes non humanæ, habetur quod præter humanam operationem sunt in vno puro homine multæ operationes, non humanæ.

¶ Notato hic, quod hic apparet non esse hic sermonē de vnitae numerali, aut pure specificæ operationis, cū clare constet, in vno eodemq; homine esse diuersis temporib; humanis operationes multas secundum numerum ab eodē principio acti-

uo humano: sed quia omnis humana operatio in vno homine ab eodem est humano principio, vna dicitur vnitae formali sui actiujs principij, & vnitae nihilominus numerali in omni subordinato principio sibi obsequente, vna enim numero est moderatio humani motus a voluntate, concupiscentia, ac lingua seu manu, & simile est de alijs. Q. præced. art. 5.

Diffinitio autē specificæ vel etiam generica operationū humanarū penes obiecta, de qua in præcedentibus libris tractatum, & discussum est in processu materiæ moralis, extra pñsens propositum est, vt patet in litera. ¶ Quo ad tertium conclusio est. Multo magis est vna operatio in Christo, quam in quocunque alio homine. Probatur, quia & operationes elementares & vegetatiuæ aequaliter voluntariæ erant, & sensitiuæ nullus erat motus non ordinatus a ratione, quoniam opposita in homine puro multiplicant operationes.

¶ Aduerte hic primo qđ omnis motus partit sensitiuus in Christo dicitur ordinatus a ratione, pro quanto voluntas rationalis in Christo volebat motus naturales partit sensitiuæ in se esse vsque ad tales terminos, & non amplius.

¶ Aduerte secundo, quod motus naturales partit vegetatiuæ, & elementaris

ARTICVLVS III. Vtrum actio humana Christi potuerit esse sibi meritoria.

AD TERTIVM sic proceditur. VI. qđ actio humana Christi non potuerit esse merito.

dicuntur in Christo voluntarij voluntate humana, & approbatiue, vt patet, & casualiter seu imperatiue, pro quanto subditi erant voluntati humanæ Christi, vt voluntas eius erat instrumentum diuinitatis. His enim duobus verificatur de voluntate humana Christi, quod esturit, sicut &c. voluntarie. Aduerte tertio, quod Auctor non concludit in Christo esse vnam tantum operationem humanæ naturæ: sed cum monstrasset, in quolibet puro homine inueniri operationem quidem humanam vnam tantum, operationes autem naturæ humanæ secundum diuersas partes multas, intulit, in Christo non solum esse operationem humanam vnam, sicut in cæteris hominibus, sed reliquas partium naturæ humanæ operationes in Christo ad illud vnum principium operationis humanæ reduxit, ostendendo eas esse voluntarias. ac per hoc ad vnitatem reduxit non simpliciter, quia ex proprijs actiujs principijs emanant vegetatiuæ, & elementares, sed quodammodo, quatenus scilicet sunt voluntariæ, & ideo comparatiuam concludit. Multo magis est vna operatio in Christo, quam in quocunque alio homine.

¶ Super Questionis decimamque Articulum tertium.

TITVLVS clarus est. ¶ In corpore duæ sunt conclusiones. Prima est, Christus habuit per meritum quicquid alij habent per meritum, nisi sit tale, cuius meritum deroget dignitati Christi. Secunda est directe responsiua quæ sit, Christus potuit aliquid sibi mereri. Prima conclusio habet duas partes. Et quo ad primam probatur, Habere aliquid bonum per se, est nobilius, quam habere illud per alium: sed habere per proprium meritum, est habere illud per se ergo habere per meritum, est nobilius quam sine merito: ergo Christus habuit per meritum quicquid alij habent per meritum.

In corp. ar.

In corp. ar.

3. di. 18. art. 2. §. 4. 5. & ver. q. 2. 2. ar. ti. 7. ad 6. & op. 3. c. 238. fin.

la. 18.

lit. Ed. vlt. cap.

Art. 11.

per meritum. Maior probatur, quia causa per se, potior est ea, quae est per aliud. Minor probatur, sane tamen exposita, quod intelligitur per se tamquam causam non primam (quia illa est Deus, ut patet ex Apostolo) sed secundariam, quia est esse Dei cooperatorem. Consequentia autem ultima probatur, quia omnis perfectio & nobilitas est Christo attribuenda.

¶ Quo ad secundam vero partem probatur conclusio, distinguendo bona in duo genera quaedam, quorum quandoque absentia maiorem admittit perfectionem, quam dignitas merendi ponat, ut gloria animae, scientia, gratia, unio personalis Verbi quaedam, quorum coeua praesentia, melior est dignitas merendi, ut gloria corporis, accessio, veneratio. Stante siquidem distinctione patet, quod probata restat conclusio secunda pars ex illa radice. Omnis perfectio & nobilitas attribuenda est Christo. Hinc siquidem sequitur, & quod dignitas meriti attribuenda est sibi respectu bonorum tunc minorum dignitate merendi, & quod respectu maiorum bonorum tunc dignitate merendi, non habuerit meritum. Speciebantur autem in litera utraque bona, & probatur quod quaedam Christus meruit, quia minoria sunt quam dignitas merendi, quae pertinent ad uirtutem charitatis. Secunda autem conclusio responsiva directe quaesita, non aliter probatur: sed ex prima probata & explanata in specialibus bonis quae Christus meruit, relinquatur euident.

¶ Aduerte hic, quod licet Auctor posuisset uinculo verbo expedit hanc quaestionem, dicendo quod supposita absentia quorundam bonorum, quae de facta sunt in Christo, ut patet, ad dignitatem ipsius spectat, quod habuerit illa per meritum, quia quod est per se nobilius est, quam quod est per aliud. Alius tamen Auctor orsus, monstrare uoluit quare quaedam potuit mereri Christus, & quaedam non. Et ad hoc monstrandum accepit hunc modum habendi, scilicet per meritum uel sine merito, & inde bonum quod haberi debet, & appendit utrumque in statum non opposito alterius. posuit enim in una parte modum habendi per meritum cum absentia quandoque boni, & in altera parte coeuiam praesentiam boni cum non merito. Et librando cuncta, quia inuen-

ria. Christus. n. ante mortem fuit comprehensor, sicut & modo est: sed comprehensoris non est mereri: charitas. n. comprehensoris pertinet ad primum beatitudinis, cum semper eam attendatur fructio. unde non uult esse principium merendi, cum non sit idem meritum & primum. ergo Christus ante passionem non merebatur, sicut nec modo meretur.

¶ 2. Praet. Nullus meretur id, quod est sibi debitum: sed ex hoc, quod Christus est filius Dei per naturam, debet sibi hereditas aeterna, quam alij homines per bona opera merentur. non ergo Christus aliquid sibi mereri potuit, quia a principio fuit filius Dei.

¶ 3. Praet. Quicumque habet id, quod est principale, non proprie meretur id, quod ex illo habito sequitur: sed Christus habuit gloriam animae, ex qua secundum ordinem sequitur gloria corporis, ut Aug. dicit in Epistola ad Dioscorum: in Christo tamen dispensatiue factum est, quod gloria animae non deriuaretur ad corpus. non ergo Christus meruit gloriam corporis.

¶ 4. Praet. Manifestatio excellentiae Christi non est bonum ipsius Christi, sed eorum, qui eum cognoscunt. unde & pro premio promittitur dilectoribus Christi, ut eis manifestetur, secundum illud Ioan. 14. Si quis diligit me, diligetur a Patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. ergo Christus non meruit manifestationem suae altitudinis.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit Phil. 2. Factus est obediens usque ad mortem: propter quod & Deus exaltauit illum. Meruit ergo obediendo suam exaltationem, & ita aliquid sibi meruit.

RESPON. Dicendum, quod haec aliquid donum per se, est nobilius, quam haec illud per aliud: semper. n. causa, quae est per se, potior est ea, quae est per aliud,

¶ nit modum habendi per meritum cum absentia exteriorum bonorum, meliorem esse, quam praesentiam eorumdem sine merito, conclusit in Christo fuisse meritum respectu exteriorum bonorum. Et quia inuenit praesentiam interiorum bonorum cum non merito eorum, meliorem fore quam meritum eorumdem, quod

ut dicitur in 8. Physicorum. \* Hoc autem dicitur aliquis habere per seipsum, cuius est sibi aliquo modo causa. Prima autem causa omnium bonorum nostrorum per auctoritatem est Deus. & per hunc modum nulla creatura habet aliquid boni per seipsam, secundum illud 1. ad Corinth. 4. Quid habes quod non accepisti? Potest tamen secundario aliquis esse causa sibi alicuius boni habendi, in quantum. s. in hoc ipso Deo cooperatur: & sic ille, qui habet aliquid per meritum proprium, habet quodammodo illud per seipsum. unde nobilior habet id, quod habetur per meritum quam id, quod habet sine merito. Quia autem omnis perfectio & nobilitas Christo est attribuenda, consequens est, quod ipse per meritum habuerit illud, quod alij per meritum habent, nisi sit tale quid, cuius carentia magis dignitati Christi & perfectioni prauiudicet, quam per meritum accrescat: unde nec gratiam nec scientiam, nec beatitudinem anime, nec diuinitatem meruit: quia cum meritum non sit nisi eius quod nondum habetur, oportet quod Christus aliquando istis caruisset, quibus carere, magis diminuit dignitatem Christi, quam auget meritum: sed gloria corporis, uel si quod aliud huiusmodi est, minus est quam dignitas merendi, quae pertinet ad uirtutem charitatis. & ideo dicendum est, quod Christus gloriam corporis, & ea quae pertinent ad exteriorum eius excellentiam (sicut est accessio, ueneratio, & alia huiusmodi) habuit per meritum, & sic patet, quod aliquid sibi mereri potuit.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod fructio, quae est actus charitatis, pertinet ad gloriam anime, quam Christus non meruit. & ideo si per charitatem aliquid meruit, non sequitur, quod idem sit meritum & primum. Nec tamen per charitatem

principalis, accessorium non proprie cadit suo merito. Distinguitur. n. accessorium dupliciter, uel absolute, uel secundum congruentiam humanorum meritorum. De primo transeat maior, sed de secundo negatur gloria autem corporis est ad gloriam animae accessoria, secundum congruentiam humanorum meritorum ex diuina ordinatione, & ideo sub merito cadere potest.

¶ In responsione ad quartum, collige debitum nostrum erga Christum. Nam si parentibus & benefactoribus debemus, semper esse quod habent in nobis, & opinionem bonam, & affectum bene-

corundem oportet habere absentiam, conclusit in Christo interiora bona fuisse sine merito. Hic processus est litera, uel patet. ¶ Sed remanet hic dubium circa rationem in litera redditam, quare Christus meruit exteriora bona, quae dignitas merendi, ipse etiam ad charitatem, ac per hoc praestat exteriorum bonorum praesentiae coeuae. Nam secundum hanc rationem Christus et meruit scientiam, quia scientia inferior est charitate, ad quam spectat dignitas meriti. In litera autem computatur scientia inter bona non sub merito Christi, quia derogaret dignitati Christi plus necessitatem quam dog: quam non meruit scientiam. ¶ Ad hoc dicitur, quod scientia tam beata quam infusa, quae in Christo excluditur a merito, clauditur infra latitudinem gratiae, & de beata patet. De infusa autem per se dicitur, ex eo quod comprehendit in se dona Spiritus sancti, intellectum, sapientiam, scientiam, & consilia, ut patet ex superioribus tractatibus de scientia infusa Christi. Gratia autem plenitudo in his defectus in Christo, maior tolleretur a Christo perfectionem, quam poneret modus habendi ex merito. Et propterea ratio litera ista solida respectu exteriorum bonorum, nec habet locum respectu scientiae infusae.

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli aduerte responsum consistere in distinctione maioris argumenti assumpti, scilicet habito principali, accessorium non proprie cadit suo merito. Distinguitur. n. accessorium dupliciter, uel absolute, uel secundum congruentiam humanorum meritorum. De primo transeat maior, sed de secundo negatur gloria autem corporis est ad gloriam animae accessoria, secundum congruentiam humanorum meritorum ex diuina ordinatione, & ideo sub merito cadere potest.

¶ In responsione ad quartum, collige debitum nostrum erga Christum. Nam si parentibus & benefactoribus debemus, semper esse quod habent in nobis, & opinionem bonam, & affectum bene-

Est epist. 56. no. nunciam remane ante medium. tom. 2.

benevolam, & actus reuerentes, & verba honorabilia, quanto magis Creatori ac Redemptori nostro debemus, ut in nobis esse habeat (tam in intellectu, quā in affectu, quā in verbis, & act. b.) cōsione ad excellentiam suam, ad recepta beneficia, & c. Hoc n. est id solum, quod retribuere illi possumus: qm̄ fm̄ esse, quod habet in ipso, nisi possumus ei dare aut tollere. In hoc na. ique esse qd̄ in nobis habet, omnis cultus diuinus consistit, & ad hoc ordinatur, in quo tota Dei gloria extra se ipsum consistit.

tem meruit, inquantū erat charitas cōprehensoris, sed inquantum erat viatoris: nam ipse fuit simul viator, & comprehensor, vt supra habitum est. Et ideo, quia nunc non est viator, non est in statu merendi.

AD SECUNDVM dicendum, qd̄ Christo, fm̄ quod est Deus, & Dei filius, per naturam debetur gloria diuina, & dominiū omnium, sicut primo, & supremo domino. Nihilominus tñ debetur ei gloria sicut homini beato, quam quantum ad aliquid debuit habere sine merito, & quantum ad aliquid cum merito, vt ex supradictis patet.

AD TERTIVM dicendum, qd̄ redundātia gloriā ex anima ad corpus, est ex diuina ordinatione fm̄ congruentiam humano rum meritorum, vt. sicut homo meretur per actū animā, quem exercet in corpore, ita et meretur per gloriam anime, redundantem ad corpus. & propter hoc non solum gloria anime, sed et gloria corporis cadit sub merito, secundum illud Rom. 8. Viuificabit mortalia corpora nostra, propter inhabitantem Spiritum eius in nobis. Et ita potuit cadere sub merito Christi.

AD QVARTVM dicendū, qd̄ manifestatio excellentiā Christi, pertinet ad bonum eius, fm̄ esse, qd̄ habet in notitia aliorū, quāuis principaliter pertinet ad bonum eorum, qui cum cognoscunt, fm̄ esse quod habent in seipsis: sed et hoc ipsum referatur ad Christum inquantum sunt membra eius.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Christus alijs mereri potuerit.

AD QVARTVM sic proceditur. VI, qd̄ Christus alijs mereri non potuerit. Dicit enim Ezech. 18. Anima, q̄ peccauerit, ipsa morietur: ergo pari ratione anima, quā meretur, ipsa remunerabitur: non ergo est possibile, qd̄ Christus alijs meruerit.

¶ 2. Præter De plenitudine gratiæ Christi oēs accipiunt, vt dicitur Io. 1. sed alij homines habentes gratiā Christi, non possunt alijs mereri: dicit enim Ezech. 14. qd̄ si fuerint in ciuitate Noe, Daniel, & Job, filij & filiam nō liberabunt, sed ipsi iustitia sua liberabunt animas suas. ergo nec Christus potuit aliquid nobis mereri.

¶ 3. Præter Merces, quā quis meretur, debetur fm̄ iustitiā, & nō fm̄ gratiam, vt patet Rom. 4. Si ergo Christus meruit salutem nostram, sequitur qd̄ salus nostra non sit ex gratia Dei, sed ex iustitia, & qd̄ iniuste agat eū eis quos non saluat, cum meriti Christi ad omnes se extendat.

A SED CONTRA: est, qd̄ dicitur Rom. 5. Sicut per vnus delictū in omnes homines in condemnationem, sic & per vnus iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ: sed demeritum Adæ deriuatur ad condemnationem aliorum: ergo multo magis meritum Christi ad alios deriuatur.

RESPON. Dicendum, qd̄ sicut supra dictum est, \* in Christo non solum fuit gratia, sicut in quodā homine singulari, sed fuit in capite totius Ecclesiæ, cui omnes vniuntur, sicut capiti membra, ex quibus constituitur mystice vna persona. Et exinde est, quod meritum Christi se extendit ad alios, inquantum sunt membra eius, sicut etiam in vno homine actio capitis aequaliter pertinet ad omnia membra eius, quia non solum sibi sentit, sed omnibus membris.

AD PRIMVM ergo dicendum, qd̄ peccatum singularis personæ non nocet nisi sibi ipsi: sed peccatum Adæ, qui constitutus est à Deo principium totius naturæ, ad alios per carnis propaginem deriuatur. Et similiter meritum Christi, qui est à Deo constitutus caput omnium hominum, quantum ad gratiam, se extendit ad omnia eius membra.

AD SECUNDVM dicendum, quod alij de plenitudine Christi accipiunt, non quidem fontem gratiæ: sed quandam particularem gratiam, & ideo non oportet, quod alij homines possint alijs mereri, sicut Christus.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut peccatum Adæ non deriuatur ad alios, nisi per carnalem generationem, ita meritum Christi nō deriuatur ad alios, nisi per generationem spiritualem, que fit in baptismo, per quam homines Christo incorporantur, secundum illud ad Galat. Omnes quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis. Et hoc ipsum est gratiæ, quod homini conceditur regenerari in Christo, & sic salus hominis est ex gratia.

QVAESTIO XX.

De conuenientibus Christo, secundum quod Patri fuit subiectus, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de his, quæ conueniunt Christo per comparationem ad Patrem: quorum quedam dicuntur de ipso secundum habitudinem ipsius ad Patrem, puta, quod est ei subiectus, quod ipsum orauit, quod ei in in sacerdotio ministravit: quedam vero dicuntur, vel dici possent secundum habitudinem Patris ad ipsum, puta, si Pater eum adoptasset, & quod eum predestinavit.

¶ Primo igitur considerandum est, de subiectione Christi, ad Patrem.

¶ Secundo, De eius oratione.

sanctorum aut merita alius prodesse possunt de cōgruo. Auctor vero in rōsione ad tertium dicit, qd̄ iustificabat ad solutionē argumenti, qd̄ non oportet sanctos mereri pro alijs, cū quo verum quoq; est, qd̄ non potest sanctorum meritū esse pro alio ex condigno.

Quæst. 8.

¶ Super Questionis 20 Artic. primum.

Tertius clarus. In corp. vna est conclusio rōsua questio. Christus est subiectus Patri tripliciter, fm̄ bonitatem, feruiturē, & obedientiam. probatur primo, Natura humana ex sui cōditione habet triplicē hanc subiectionē ad Deū: ergo Christus est tripliciter subiectus Patri. Antecedens manifestatur in singulari tribus subiectionibus Cōsequentiā probatur, quia cuiuslibet habenti naturā conueniunt, qd̄ propria sunt illi nature. Declaratur secundo cōclusio auctoritatibus singularibus subiectionibus aut habitus esse Christo.

¶ In rōsione ad primum, & fm̄ habes rōnem.

D. 889.

In corp. art.

\* alius 4. sum.

D. 889.

Intra. d. ar. 6. q. 1. ar. 1. c. 2. d. 1. q. 1. ar. 1. c. 2. d. 1. q. 1. ar. 1. c. 2. d. 1. q. 1. ar. 1. c. 2.